

iustitiam hominum: eorum qui
 ueritatem dei in iustitiam deti-
 nent: Quia quod notum est dei
 manifestum est in illis; Deus enim
 illis reuelauit. Inuisibilia enim
 ipsius a creatura mundi per ea quae
 facta sunt intellecta conspiciuntur;
 sempiterna quoque eius uirtus et
 diuinitas ita ut sint inexcusabiles.
 Quia cum cognouissent deum non
 sicut dominum glorificauerunt aut gra-
 tias egerunt. sed euauerunt in
 cogitationibus suis. et obscuratum
 est insipiens cor eorum; Dicentes enim
 se esse sapientes. stulti facti sunt.
 et mutauerunt gloriam incorrup-
 tibilis dei in similitudinem yma-
 ginis corruptibilis hominis. et uo-
 luerunt. et quadrupedum. et ser-
 pentium. Propter quod tradidit
 illos deus in desideria cordis eorum
 in immunditiam. ut contumeliis
 afficiant corpora sua in semetipsis.
 Qui commutauerunt ueritatem dei
 in mendacium. et coluerunt. et
 seruierunt creature potius quam
 creatori! qui est benedictus in se-
 cula. amen. .v.

D Propter ea tradidit illos deus

in passiones ignominiae. Nam femi-
 nae eorum immutauerunt natu-
 ralem usum. in eum usum qui est
 contra naturam. Similiter autem
 et masculi relicto naturali usu fe-
 minae exarserunt in desideris suis
 inuicem. masculi in masculos
 turpitudinem operantes. et mer-
 cedem quam oportuit erroris sui
 in semetipsis recipientes. Et sicut
 non probauerunt deum habere
 innotitiam. tradidit illos deus
 in reprobum sensum. ut faciant
 ea quae non conueniunt. repletos
 omni iniquitate. malitia. fornicatione.
 auaritia. nequitia. plenos
 inuidia. homicidio. contentione.
 dolo. malignitate. Susurriones.
 detractores. deo odibiles. contu-
 meliosos. superbos. elatos. inuen-
 tores malorum. parentibus non obe-
 dientes. insipientes. in compositos.
 sine affectione. absque federe. sine
 misericordia. Qui cum iustitiam dei co-
 gnouissent. non intellexerunt.
 quam qui talia agunt digni sunt
 morte. Non solum qui ea faciunt.
 sed etiam qui consentiunt faci-
 entibus. .vi.

